DECRETUM
SALUBERRIMÆ FACULTATIS
MEDICINÆ PARISIENSIS.

ANNO Domini millesimo septingentesimo quadragesimo-quarto, die Veneris vigesimâ-septimâ mensis Martii, Facultas abhorrens ab omni injuriâ cuilibet illatâ vel inferendâ, congregata horâ decimâ matutinâ per schedulam, ut moris est, deliberatura super Decreto post Thesim die Martis proximè elapsâ propugnatam lato, cujus talis erat Quæstio, *An Parienti Obstetricis sola manus?* statuit supprimendam esse Thesim, ut pote Facultatis menti minùs congruam & ex Decani sententiâ à verbis quibusdam asperioribus non emendatam, hocque Decretum Scholarum Valvis esse affigendum & singulis Doctoribus distribuendum, & ita conclusit.

COL DE VILARS, Decanus.

De mandato Decani & Doctorum-Regentium in Saluberrimâ Facultate, promulgavi & Scholarum Valvis affixi, die vigesimo-octavo mensis Martii,

FRANCISCUS-LUDOVICUS BRET, *major Facultatis Apparitor & Scriba.*